



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

X. Der Ritter Ludwig von Schildberg verkauft den Bewohnern von Hardenbeck sein Allodium daselbst und setzt die Pacht für jede Bauern-Hufe fest, am 1. Dezember 1289.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

niam ea, que in tempore fiunt, cum temporis volubilitate labuntur, ne oblivionis forciantur scrupulum, necesse est, ut instrumentis memoriabilibus indelabili perhennitate firmiter fulciantur. Hinc est, quod ob reverenciam et amorem omnium creatoris, ob spem adipiscende salutis et facilioris gracie consequende, in adminiculum animarum uxorum nostrarum, necnon progenitorum et omnium amicorum nostrorum, tres mansos in claweshagen et tres in hardenbeke claufro sanctimonialium in Boycenborch ad altare iure perpetuo contulimus; et alios sex mansos in hardebeke cum filia domini Georgii militis de Kerkowe fratris nostri pro dotalicio largiti sumus iugiter permanenti. Protestamur deinceps presencium serie, prefatas dominas quatuor mansos emisse a nobis in hardenbeke sitos, et duos mansos in Boycenborch cum agris ortulanorum, qui vulgo cotlati dicuntur. In huius rei testimonium nostri sigilli munimine presentem seriem in perpetuum valitaram duximus roborare. Amen.

X. Der Ritter Ludwig von Schildberg verkauft den Bewohnern von Hardenbeck sein Allodium daselbst und setzt die Pacht für jede Bauern-Hufe fest, am 1. Dezember 1289.

In nomine domini Amen. Oblivio mater erroris sepe trahit in devium actiones humani temporis, que nec scriptis, nec voce testium perhennantur. Expediit ergo, ut quod presenti tempore agitur, munimento litterarum sic confirmetur, quatinus presentibus et futuris de hoc certitudo firmissima habeatur. Ea propter Iodewicus, miles dictus de sciltberch, tenore presencium recognosco publice protestando, quod vendidi iusto emptionis precio civibus in hardebeke allodium sine flavicale villa, que vocatur tum czabele, ut agris adiacentibus eidem ville suppleant defectum suorum agrorum in hardebeke, qua defectum in agris paciebantur; pachtus autem sive census ejusdem ville hardebeke cum agris appositus stabit sicut ante, adiecto hec, quod quilibet mansus, sive colatur sive non, excepta dote, dabit mihi atque meis heredibus, vel cui vendidero, singulis annis duos modios ordei, et sic manebit pachtus in perpetuum, nec ulterius extendi debet a me vel a meis heredibus tempore in futuro. Huius vendicionis testes sunt Dominus Johannes de Sparenvolde, Dominus iohannes de arnesse, milites, Dominus hartbernus, sacerdos ejusdem ville hardenbeke, iohannes halfpape, civis in prinzlawe, et alii quam plures fide digni. Utque hoc evidens factum cunctis Cristi fidelibus pateat tam presentibus et futuris, presens scriptum inde confectum feci sigilli mei munimine roborari cum inscriptis testibus supra dietis. Datum anno Domini MCCLXXXIX^o In crastinum (sic) sancti Andree apostoli.

Daran das sehr schön ausgedruckte Siegel: S. Thiderici de Kerkow, woraus hervorgeht, daß Schildberg ein neu angenommener Familien-Name des Ludwig von Kerkow ist.